**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et ideo instabilis est et infidelis. Est
enim mundus sicut falsus pincerna qui
sitienti vinum exhibens exhibet in quo
sicut libere odoriferum licet mixtum et ille
tamdiu dulce bibit qui quamque per
tedium dormit et sic vestibus et num-
mis dormientem spoliat. Sic facit
mundus homini quando sperat se habere longam
vitam tunc subito venit mors et inebri-
at eum et aufert sibi vestimenta et num-
mos. pueritie melius corporis per minimos
aut. Exemplum de illo divite qui voluit
ampliare horrea sua. dicit numquam fuit
tanta instabilitas in mari sicut est
in mundo. In instabilitate mundi numquam
custodes nisi venies ad litus celestis
patrie. Illud mistice legitur Iohannis .xxi. ubi
dicitur quod ihesus stetit in littore maris et
apostoli laboraverunt in mari donec
vocati sunt a christo et tunc pervenerunt ad
litus et tunc cum christo discubuerunt. Ecce
christus modo stat in littore celestis patrie tu
vero es in mari id est in instabilitate huius mun-
di si vis quietem id est stabilitatem esse festina
ut venias ad celestem patriam et ibi
eris stabilis. Secundo comparatur mundus ma-
ri quia in mari magni pisces come-
dunt parvos. Sic in mundo potentes
opprimunt inferiores et devorant sanguinem
ipsorum pauperes enim sunt pastura divitum
rapiunt eis vite necessaria. Unde qui ex-
coriat bovem pauperis pene idem e-
st si ipsum excoriaret. Carnem et sangui-
nem bibunt et comedunt pauperum au-
ferunt ea que acquisiverunt cum la-
bore et sudore suo qui in sanguine et
carne consitus fuisset. Tales divi-
tes et potentes qui opprimunt pau-
peres et spoliant erunt cibus demonum.
Sicut enim mittitur capo ut pingui-
or comedatur. Sic dyabolus permittit
tales in peccato impinguari ut in-

ferius illorum demones melius
reficiantur de talibus qui co-
medunt et bibunt sudore paup-
erum. Legitur quod quidam nobilis erat
magnus oppressor pauperum et ama-
tor mundi. Iste nobilis mandavit
procuratori facere convivium et ut sibi
omnia necessaria a suis pauperibus
ordinarentur. Iste cum eadem nocte
in lectu suo quiesceret rapitur ca-
merarius qui iacebat ante ca-
meram in visione ante tronum dei
ubi accusabatur dominus de omnibus que
gesserat pro quibus accepit sen-
tentiam eterne dampnationis. Et cum esset
in magno strepitu demonum duc-
tus ante luciferum dixitque demo
qui fuerat ei deputatus: Ecce
adduxi ad te dominum ut red-
das ei premium pro fideli servitio quod
tenuit. Et lucifer: adducite eum ad
me et dabo sibi secundum fidele servi-
tium meum. Et cum ductus fuisset dixit
ad eum: Non sit tibi pax in eternum et
dixit: Consuevit ad balneum ducite
ipsum et bene ipsum procurate et
adductus ad balneum infernale
et lavatus est unguibus infernali-
bus sive dyabolicis aliis ignem
super eum fundentes. Eductus
est et positus est in lecto inferna-
li qui plenus erat vermibus et
dixit lucifer: date ei bibere de cali-
ce ire dei et propinatus est ei
ignis et sulphur. Qui dum clama-
ret quod sufficeret dixit lucifer
audire consuevit dulces sympho-
nias surgite symphonizate
ei et ecce duo demones sur-
rexerunt cum tubis igneis et
ignem sic in eum sufflaverunt ut
de ore auribus et naribus ignis

balneis suavi-
bus uti et ideo